ALPHABETVM AVLICVM INCERTI AVTHORIS, HACTENVS NVLLIBI TYPIS EXCVSVM.

PER EXCELLENTISSIMVM MVSICVM IACOBVM REINERVM VINEArum Symphoniſtam, artificioſa compoſitione concinnatum.

TENOR.

BIBLIOTHEQUE ROYALE
I

DILINGAE,
Excudebat ADAMVS MELTZER.

M. D. CIV.

Rés. Vm¹. 53

NOBILITATE, PRVDENTIA, VIRTVTVMQVE ORNAMENTIS CONSPICVO VIRO, *HIERONYMO KLOCKLER*,

Sacræ Cæſareæ Maieſtati, Ampliſsimæq; Domui Auſtriacæ á conſilijs, ſuperioris, ac inferioris Sueviæ Iudici Prouinciali &c.

Domino ſibi vnice complectendo.

CVm fortè fortuito in Alphabethum ab incerto authore in aulicorum gratiam conſcriptum, incidiſſem, Nobilis Domine, illud mihi attente legenti ac relegenti dignum viſum eſt, Muſicis condere modulis & in vulgus emittere, non quod Aulam vel Aulicos aſpernari, nigroq; lapillo notare velim, ſed vt illis vtilitatis & iucunditatis ſimul, permixta muſices ſuauitate aliquod argumentum in medium afferrem. Tibi vero Nobilis Domine, has meas lucubrationes inſcribere, deferre, ac dedicare volui, vt á morſibus Zoilorum omnia ſiniſtrè carpentium atq; canino dente arrodentium, ob celeberrimi nominis tui famam, virtutumq; tuarum clariſsimam lucem illæſæ conſeruarentur. Quod ſi hunc ingenij mei fœtum (quem tanquam grati animi beneficiorumq; memorem teſtem ad te mitto.) tibi gratum acceptumq; fuiſſe declaraueris, mihi vberiorem, animum tuum Muſico concentu permulcendi atq; recreandi occaſionem prabebis. Bene vale, meq; tuo fauore proſequi perge. Datæ in Vineis, Anno M. D. C IV.

N. T.

addictus

Iacobus Reinerus.



BIBLIOTHEQUE ROYALE

E
Xulat integritas. Probitas & candor in Au-
la, Ferre moram atque iram frenare docemur in Au-
la, grande ſophos ij ride- re, ri- dere
bonos cenſetur in Aula ij in Aula Horrent,
cupiunt qui creſcere in Aula in Aula.
Tertia pars.
I
Nuidiam qui ferre nequit Kyrie
ij qui ſe nu ere Languent virtu- tes

Tenor. *Tertia pars.*

Quarta pars.

Tenor. Quinta pars.





BIBLIOTHEQUE ROYALE

Carmina.

CARMINA.

AVlæ eadem eſt omnino fides quæ mobilis auræ,
Blanditur ſed poſt mordet ceü Scorpius Aula,
Conſilijs raro melioribus vtitur Aula,
Diſsimulet regnare deu qui poſcit in Aula.
Exulat integritas probitas & candor in Aula,
Ferre moram atque iram frenare docemur in Aula,
Grande ſophos ridere bonos cenſetur in Aula,
Horrent vera loqui cupiunt qui creſcere in Aula.
Inuidiam qui ferre nequit diſcedat ab Aula,
Kyrie qui ſenuere canant eleyſon in Aula,
Languent virtutes ſcelus at quoque regnat in Aula,
Muneribus hominum mentes capiuntur in Aula.
Nugas Aula leues & fumos vendit inanes,
Otia quisquis honeſta cupit procul exeat Aula,
Porta Erebi in terris Aula, & tua Tantale pœna eſt,
Quæſtus adulari & mentiri primus in Aula,
Rara auis in toto eſt verè pius Aulicus orbe,
Sinceris & ſimplicibus vœ ſemper in Aula.
Turpe ſenex & inops quando incolit Aulicus Aulam,
Vitæ difficilis methodus benedicitur Aula.
Xante retroibis quando erit conſtantia in Aula,
Ydra Aula eſt capitum multorum horrenda venenis,
Zenones fatue ſunt atque Traſones in Aula.